

viso che Castelfranco et Noal, castelli sotto la sua jurisdiction, contribuiva a le fazion di la fabrica di Padova.

Fo scritto a li rectori di Verona, mandi de qui 150 homeni di lochi vicini al Lago di Garda per metterli su le galie si arma, et dagi il cargo di farli a Nicolò Barbaro capitano dil Lago.

*A dì 22.* Fo scritto a sier Lunardo Emo podestà di Verona, in risposta di soe di aver retenuo 4 in Valpolesela con le robe, quali hanno confessato aver robato sul cremonese; però avisi di questo il Secretario a Milan, lo digi a monsignor di Telegni mandandoli il processo formato; et quello lui Secretario li scriverà, fazi.

*A dì dito.* Fo scritto a li rectori di Padoa, venendo quel Romulo Amaseo a lezer in greco de li, volemo lezi da poi domino Marin Bizichemi, come è stà preso in Pregadi; e da poi la letion grecha, si 'l vol, lezi la letion latina.

Fo scritto ai rectori di Verona, la Signoria nostra aver dil donativo di quella città ducati 1371, però attendino ad averli.

*A dì 23.* Scrito a li rectori di Padoa, papa Sisto fe' una bolla, che oltre li 4 cittadini deputati a l'arca di Santo Antonio, ne siano do frati, però observi.

*A dì 24.* Scrito a li dieti, volendo la città di Luca fortificar la so' terra, mandano uno suo nuntio a veder queste fabriche, pertanto li fazino mostrar il tutto et mandi con lui qualche persona pratica etc.

267 *A dì 24.* Fu scritto a Cayrbei soldan dil Cayro una bona letera, dolendosi il caso di sier Antonio Marzello di sier Donado, qual mandò uno nominato Bortolo Spicier con ducati 1800 tra oro e maidini in Zerma per andar al Cayro per la fumara, et sotto Bulacho fo assaltà da' janizari e toltoli li danari; et andato a dolersi da l'agà di janizari, fo di novo assaltato et percosso et ferito; la qual cosa si 'l Signor turco la sapesse, haria a mal che nostri merchatanti fosse cussi tratati, però provedi etc., e scritto al Consolo di Alexandria in consonantia e al Baylo a Constantinopoli, fazi querela.

*A dì 25.* Fo scritto al Podestà e Capitano di Treviso mandi li danari a Udene dil sorabondante dil raynes per cavallo, per pagar li ducati 2 al mese a 40 di villa di Mozana.

*A dì 26.* Scrito a l' orator in Hongaria sier Lorenzo Orio dotor, e in consonantia al Re in risposta di soa zereha domino Zuane Scatilio secretario regio, electo episcopo Scardonense.

*A dì 27.* Scrito a Verona, mandi Borgese con-

testabele di qui, et a Brexa mandi Bernardin Bedogno contestabele in Ampho.

*A dì dito.* Scrito al luogotenente di Udene, che li 4 turchi cassi solo Alexio Bua capo di stratioti, li metti in compagnia di Todaro Manasse.

*A dì 28.* Fo scritto al Podestà e Capitano di Cao d' Istria, volemo armar una galia de li, però col Consejo fazi eletion dil Soracomito, et mandi a tuor la galia e fazi preparar le zurme.

Fo scritto a Brexa, mandi di qui Hironimo Orsini è contestabele in Asola.

Fo scritto al Podestà di Chioza, mandi tutti i ealafadi de li per Luni in questa terra per lavorar in l'Arsenal; et cussi scritto a Torzello et Caorle.

Fo scritto al Provedador dil Zante, volemo armar una galia de li, fazi il progeto, et li manderemo l'arsil de li.

Fo scritto a Corphù, volemo armar una galia, fazi il progeto, toy le zurme e l'arsil si manderà de li.

Fo scritto a li rectori di Zara che tutte le galie verano de li, li fazino comandamento si expedissi presto, e se interzi e vadi a Corphù dal provedador de l'armada.

Fo scritto al Gran maistro di Rodi, come, havendo le sue galie recuperato uno navilio di vini andava per le galie di Fiandra, patron Vito da la Riva, di man di corsari, et aver fato vender i vini de li ma li danari fato custodir, però lo ringratiamo e voy far consignar li danari al portador.

*A dì 29.* Fo scritto a' rectori di Verona dagino una letera al signor Governador, è li, excitando soa signoria voy dar presta expedition.

Fo scritto a sier Antonio Foscarini provedador di Salò, volemo armar do galie su quella Riviera, però si elezi li Soracomiti et li mandino di qui.

Fo scritto a sier Giacomo Soranzo podestà e capitano di Sazil, atento le nove di turchi esser in lochi dil conte Christoforo Frangipani, pertanto si manda el conte Mercurio de li; voy farli dar alozamenti etc.

A di ultimo April, fo scritto a sier Domenego Cappello provedador di l'armada, non havendo secretario, se li manda Anzolo Sanxon, pertanto non fazi scriver alcuna letera, ni atto publico ad altri si non al prefato Secretario, che se li manda.

*A dì dito.* Fo scritto a sier Bernardo Soranzo baylo et Consieri di Corphù, in risposta di soe di aver casso Nicolò Covara, era sopra li anagraphi di quella isola per errori el faceva; de che lo laudemo etc.

*Exemplum articulorum mutui conventus inter Serenissimum Angliæ et Franciæ regem et regem Christianissimum.*

Thomas miseratione divina tituli Sanctæ Cecilie etc. universis etc. salutem. Quamquam per tractatum supra mutuo conventu et congressu serenissimorum et potentissimorum principum Henrici Dei gratia regis Angliæ et Franciæ et domini Hiberniæ domini mei observandissimi et Francisci eadem gratia Francorum regis Christianissimi, octavo die Octobris anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo Londini in initum et factum, inter cætera conventum et conclusum fuerat, prædictus mutuus conventus et congressus in loco indifferenti et neutri dictorum principum subiecto propter justas et rationabiles causas et præcipue pro utriusque dictorum principum honoris conservatione fieret, nihilominus nos animo revolventes quantum honoris, commoditatis, utilitatis et emolumenti ex dictorum regum mutuo congressu et indissolubili amore, non solum ipsis principibus, eorum regnis ac subditis, verum etiam toti reipublicæ christianæ proveniet; habitaque super hoc cum eisdem principibus matura hinc inde deliberatione, nec non considerantes quod dictus serenissimus Angliæ rex dominus meus observandissimus una cum comitiva sua non medioeres traiciendo mare labores ac pericula subiturus est regnum et potentiam suam pro tempore relinquens, existimavimus honori et dignitati dicti illustrissimi regis Angliæ domini mei observandissimi non satis consultam nec laborum et discriminum suorum gratam et condignam habitam rationem, si dictus mutuus congressus juxta prius conventa in loco indifferenti fieret. Ideirco nos honorem et dignitatem utriusque regum prædictorum equa lance librare cupientes, auctoritate comissionum utriusque dictorum principum nobis desuper factarum, quarum tenores inferius inseruntur pro dicto mutuo eorumdem conventu et congressu, quosdam articulos respective per dictos principes acceptos et approbatos et per eosdem observandos concepimus, declaravimus et ordinavimus, ac per præsentem concepimus, declaramus et ordinamus articulatim prout sequitur.

In primis declaramus et ordinamus, quod ante finem mensis Maii primo futuri dictus illustrissimus Angliæ rex una cum regina consorte sua, regina sorore doageria Franciæ ad castrum suum de Guisnes personaliter accedet, et similiter dictus Cristianissimus Francorum rex una cum regina et matre sua

ad castrum suum de Ardre personaliter similiter veniet, et aliquo die tempore et ora intra quatuor dies ad summum dicti mensis Maii finem immediate sequentes, per commissarios hinc inde deputandos et assignandos, dictus Angliæ rex extra castrum suum prædictum de Guisnes per spacium unius miliaris non egrediendo tunc fines et limites dicti domini sui de Guisnes progredietur versus dictum castellum de Ardre, et ibi intra dominium suum dicti castri de Guisnes in aliquo loco non fortificato nec munito a limitibus Franciæ non longe distante per dictos commissarios ut præfertur limitando consistet; et dictus Cristianissimus Francorum etc. rex decedens a dicto castro suo de Ardre, eisdem loco, die et tempore et hora occurret obviam dicto regi Angliæ intra dominium suum de Guisnes ut supra dictum est consistenti, quo quidem in loco nullæ tentoria statuentur nec erigentur, atque ibi dicti reges uterque cum equis suis et comitatibus insidentes congregantes, se mutuo salutabunt et familiariter simul coloquentur et comunicabunt quemadmodum et quamdiu ipsis tunc expedire videbitur; et post dictam conferentiam et colloquium finitum pro illa vice, dictus illustrissimus Angliæ rex ad castrum suum de Guisnes et Cristianissimus Francorum rex ad castrum suum de Ardre redibunt.

Item, quamquam laboribus, discriminibus et honori prædicti dicti regis Angliæ domini mei observandissimi satisfactum arbitramur eo quod dictus Cristianissimus Francorum rex ei infra dominium suum de Guisnes in primo colloquio occurrerit, nos utriusque dictorum regum et principum honori prospicere volentes, declaramus et ordinamus, quod postero die post primum dictum mutuum colloquium et congressum, dicti reges convenient in aliquo loco indifferenti inter Ardrem et Guisnes per dictos commissarios deputandos assignando, et mutuis salutationibus invicem factis, dictus illustrissimus Dominus rex Angliæ ibit ad dictum castellum de Ardre illic reginam Franciæ et etiam matrem dicti Cristianissimi Francorum regis salutaturus, visitaturus ac cum eis familiariter pransurus; et similiter, dictus Francorum rex ibit ad dictum castellum de Guisnes illic reginam Angliæ et reginam doageriam Franciæ visitaturus, salutaturus ac cum eis familiariter pransurus. In quibus locis dicti principes familiariter et amice recipient quæ admodum mutuo utriusque in alterum amori et honori convenire videbitur.

Item, cum dicti serenissimi Angliæ et Francorum reges præstantissimis corporum viribus omni